

ΠΡΟΣΕΥΤΙΚΟΝ

IN HONOREM
PIETATE, DOCTRINA,
RELIQVISq; VIRTUTVM GENERI
bus Ornatisimi viri D. IOANNIS S. TOL-
NAEI cum post felicem suorum studiorum mer-
caturam ex celeberrima Vuitebergensi Aca-
demia in Vngariam rediret sin-
ceræ necessitudinis ergo
scriptum ab

AMICIS ET POPVLARIBVS



VVITEBERGAE,

Per hæredes Iohannis Cratonis, 1588.

JOHANNI S. THOLNÆO

Obile Iane decus Charitum Phœbiq;
Satelles,

Nec non Synceræ relligionis amās:
Magnus amor, quo deuinctus tibi
semper adhæsi,

Postquam prima manus iuncta fidesq; data
est;

Plura loqui vetat, & dictis augere dolorem,
Quem capio ex abitu, vir benè docte, tuo,
Hanc vocem tecum accipias: Lux una revellet
Me pariter vitæ luce, & amore tuo.
I quo Fata iubent Musis & Apolline ductiūs,
Auspicijsq; bonis confice sospes iter.

BALTHASAR MENCIVS
M. Philosophia peripathetica
VVit: Publ. Pr.



Con-



Onquerar antaceam? nam magna
est causa querendi

Quæ cogit acres nunc tibi,
Fundere me lachrymas.

Vsus quod te sum charo qui
semper amico:

Magnis, paternos et lares
Sollicitudinibus

Tendis, & heu nudum nomen mihi linquis a-
micj.

At quod DEI sanxit manus,
Vertere nemo potest.

Luctibus ergo meiste non remorabor euntēm:

Nec jam, IOANNES, fletibus
Te decorabo meis.

Et quamuis corpus longinquas ibit in oras:

Sincerus in nos attamen,
Hic habitabit amor.

Ergo bonis auibus perge: & DEVs ipse benigna

Te ducat, aeternus manu
In patriam incolunem.

A 2

Illic

*Illic omne malum verà pietate leuato:
Et des D E O pro munere
Vota precesq; tuo*

*ms. filius ē exa scribebat suo Iohanni Thol-
nensi Sigismundus Peczj.*

ALIVD.

Dic mihi cur patrijs subitò moriamur in oris
Leucoridum sacras qui coluere domos?
An quia non solito cœlo potuq; ciboq;
Deficiant vires corporis atq; animi:
Vel quia maiori grauiorum mole laborum
Vincantur, nec onus tam graue ferre queant:
Seu potius magni sapiens fabricator olympi
Tali Pannoniae vindicat arte scelus?
Nam quid ego memorem sacri pia lumina coetus
Quæ Deus haud pridem sustulit Vngariæ;
Sed tu summe Deus cœli qui sidera torques
Iræ iusta tamen contrahe vela tuæ.
Parce precor, miserere precor, miserere faciatum,
Doctores ut alat patria nostra bonos.
Dum loquor, exaudit: Patria te namq; remittit
Iane tui felix gloria lausq; soli.
Et iubet ut postquam patrias remeabis ad oras
Officij peragas munia cuncta tui.

Sedulus

Sedulus eruidas populum doctamq; iuuentam
Quæ modo Pegasidum castra beata colit.
Non tamen immerito Deus à te postulat istud
Qui tibi donorum tanta talenta dedit.
Nam tibi cura fuit caput exeruisse per artes
Et libuit linguas perdidicisse bonas.
Perge igitur celsam concendere Palladis arcem:
Hic labor, hoc studium sternet ad astra viam.
Interea si forte tuas remearis ad oras
Quod precor ut faxit Filius ipse Dei:
Fac bona cuncta meis Patronis ritè precator,
Qui nos ingenij progenuere suis.
Salutem igitur C A S P A R gentis laus maxima nostræ,
Qui mea iuuisti pectore fata pio.
Tuq; V A L E N S salutem studijs celeberrime cunctis
Salutem profectus duxq; paterq; mei.
Cura tua est quod ego peregrinas visere terras
Quodq; queo casus vincere cura tua est.
Ergo prius Rodanus nostro miscebitur Istro
Quam tua de nostro gratia corde cadat.
Et tu B A N R E V I I Debrecij pars magna senatus
Viue diu Iani latus honore tui.

Johannes G. Deczi.



A 3

ALIVD.

A L I V D.

æpe patrum referunt præstantia munera mores,
 Quæq; tua radix indole nota venit.
 Ore tuo fulget pariter veneranda parentis
 Gratia, sic docti pectoris ardor adest,
 Insita vis, ratioq; artis, culturaq; & usus,
 Cen digito monstrant indice mentis opus:
 Hæc tibi diuino collata est munere virtus,
 Nominis vnde tui crescit in orbe decus.
 Et quia Saxonicas studium te traxit ad oras,
 Albis ad occiduas quæ fluit amne plagas.
 Hic tu depositum, quod cura Melanthonis orbi
 Tradidit, ingenio concipis omne tuo.
 Et famulas artes studio sectaris honesto,
 Quæ tua formarunt dulcibus ora sonis.
 Ergo operam demus studijs artesq; colamus.
 Nam doctrina Dei spargitur artis ope.
 Te docuit docta cum Pallade doctus Apollo,
 O Sacra Themidos cultor & Aonidum.
 Ac tantum superas juuenes pietate modestos
 Quantum nocturnas candida Luua faces.
 Ergo tuis Christus faueat successibus oro,
 Cuius præsidio tectus abire paras.

MICHAEL CIBRADI

Aliud

A L I V D.

Am non æstiuis grauis est feruoribus aër,
 Nec Canis Icarij stella perurit agros.
 Nec rigid, sicca Boreas bæchafab Arcto.
 Autumnus sed opes Bacche dat alme tuas.
 Elysijsq; silet bellorum rumor in oris,
 Cum bona sponte duces fœdera pacis alunt.
 Ista quidem inuitant, rellictis Albidos vndis,
 Ut patriæ Vngariæ mœnia, lane, petas.
 At magis vna tibi discessum caussa ministrat,
 Quæ te diuinum munus obire jubet.
 Ergo per obsecram peregrino milite terram
 Quanquam sic tibi iter, certus es ire tamen.
 Hic tua dum studia efformauit Phœb. ad Albim,
 Vnica hyems abiit, messis & altera erat:
 Iamq; ad Döbrecios multo cum fœnore campos,
 Moribus, ingenua cultus & arte, redis.
 Culbor arte redis: pectus tibi dotibus auctum
 Palladijs præstat, non sine laude tua.
 Diuitias alij, fuluum mirentur & aurum,
 At tua sunt illis anteferenda bonis.
 Præcipueq; lepos tibi inest, & gratia fandi,
 Simplicitas animi candor & alma fides

Scili.

Scilicet his tantis rebus fers pectus onustum,
Queis patriam poteris deinde iuuare tuam.
Nam ne Palladiæ lateant in montibus artes,
Tu bene, gymnasij scepta tenendo facis,
Assiduaç; manu diuina volumina versas,
Nempe ut promoueas ritè salutis opus.
Sic prodesse potest virtutum semine multis,
Tempora qui in studijs continuare volet.
Sic petitur nomen victuraç; gloria laudum,
Et vel in extremis non moritura rogis.
At nunc auspicijs patriam felicibus vrbem
Ut redeas, votis do mea vota tuis.
Te regat, & mites dexter tibi prouocet auras,
Præsidioq; suo protegat ipse Deus.
Agmen vtrumq; chori aligeri te cingat euntem,
Vt patrios possis sospes adire lares.
Neu tibi nimbosus noceat pluuialibus Auster,
Nec remoretur iter largus Orion, aquis.
Vade, tuis dicturus aue, nostrisq; salutein,
Et tua vox patriam sæpe salutet humum.
Intereà fidi memorem iuuet esse sodalis,
Pro nostraç; dabis vota salute tua.

Franciscus Tholnaus.

Aliud

A L I V D.

V N I A sorte Deus varia distinxit
in orbe.

Cur queris? Causa est: Cœ-
tus ut esse queat.
Inuigilant alij studijs, aliosq; do-
cendo

Ornant, ast alij pralia dira mouent.
Ille canit versus, hic intonat ore diserto,
Sic à natura dos sua quemq; beat
Sed quid iura forum, memoro, quid tristia bella?
Nobis Musarum plurima dona placent.

Tu quoq; Saxonice soboles charissima Musis,
Accepta à Domino munia sacra tenes.

Nongaudes varijs, nec te vesana cupido
Vexat opum, mundi gloria nulla placet:
Ergo placent artes, arrident munia sacra:
Et te delectat gloria magna Dei.

Das operam studijs, cœlo qua Christus ab alto
Detulit, ut sanctis proditur Historijs,

B Et

Et quæ Diuini spacio sum ferre per orbem
Tentarunt homines, dogmata sacra colis.
His etenim candor, virtus, pietasq; benigna
Crescit, & a thero munere parta salus.
Talis eras quondam, talem te Saxonis ora
Fouit, ab Albiaco nunc dolet ire solo.
Quid? quoniam pietas, virtus vestraq; Camœna
Nota fuere alijs non minus, atq; mihi.
Nulli posterior pietatis laude fatemur,
Pannonicas repetes, dulcis amice, plagas.
At cum diuino sic poscant fata fauore,
Redde age te patriæ dulcis amice tua.
Ergò age carpe viam, & suscepū perfice munus:
Te siquidem Aonius poscit adesse chorus.
Candida pax aderit, nec te truculentia gentis
Impedit ullius, nec vaga turba nocent.
Non te deturbant terra, non stringere ferrum
Audebunt ut Scythæ syluicoleuè Daci.
Ceu quondam ingenti fremitu ruit omnis in unū
Turba furens, ut Dominum impediunt.

Vincis

Nec

Nec quicquam valuere manus, nec concita vulgi
Vis potius circum cæcutit agmenjners
Sulicet, inumeros iam cernas, Ianæ Ruthenos,
Aut odijs gentes, sauitiaq; pares,
Ut vastas penetres syluas, deserta ferarum
Lustra, domosq; nigras, et mala quaq; fremant
Non tamen accelerant, nec te discrimina in villa
Deijcent, Christo concomitante bono.
I felix igitur, patrios visure penates:
Nam mea Musa tibi fausta precatur Ouās.
Ceu quondam angelico fretus duce, sancte Tobias
Ausus es ignot as ire redire vias.
Nec nocuere tamen discrimina longa viarum:
Sed potius patriæ restituere tua:
Sic rege, Christe, iuua, sic fortes suffice vires
Tholnæo, precibus sollicitis petimus.
Nam prodesse potest patriæ, gentijs fidelijs
Sacra etenim didicit, doctaq; dicta tenet.
Proderit & ludis, quibus artes gnaua iuuentus
Imbibat, & discat, gratia tibi studia.

B 2 Non

Non igitur metuas, nam te comitatur euntem

Christus & Angelicus cætus ubiq^z, vale.

Hac tibi Garaus pleno de pectore, amice

Nunc cecinit: rursum, dulcis amice vale.

JOHANNES GARA I Tholnensis.

A L I V D.

Pueris rarā quisquis fuit indole tin-
ctus,

Virtutis veræ carpere suevit iter:
Nec triuit molli puerilia tempora
luxu,

Non tenuitq; suas alea blanda manus:
In patrijs omni nidis nec tempore repsit,

Cernere verūm alios ipse sategit agros:

Est simul enixus factis extendere famam,

Vtq; virūm semper docta per ora volet.

Testis ad hoc locuples Alcmenā matre creatus.

Qui laudis fuerat captus amore puer.

Flectere non verbis potuit quam blanda voluptas,

Nec prece ab ingressa quem reuocare via:

Verum

Verum mansuræ incensus virtutis amore,

Monstratum hoc laudis tramite carpsit iter.

Nobile sic fama maiorum stemma perenni,

Et rebus gestis nobilitauit auos.

Adde quòd eximiæ raptatum laudis amore,

Allexit virtus Aemathiumq; Ducem,

Qui cum ad Pelidæ in Sigeo constitit vrnam,

Facundo hunc breuiter protulit ore sonum:

Fortunate puer, cuius præconia laudum

Moeonides Graio texuit ipse melo.

O ad resclaras quem non trahit æmula virtus,

Dixeris huic viui sanguinis esse nihil.

Excitat & magnos virtus generosa Monarchas:

Obscuro natos non mouet illa loco?

Et sic Herodotus cum dulcia soluere tora,

Thucididæ lacrymis immaduere genæ,

Dicitur affatus pueri sic voce parentem,

Ac culto tales ore dedisse sonos

Fortunate senex ô terq; quaterq; beate,

O doctis nunquam non reticende viris:

Qui sic flagrantem natum virtutis amore,

Incensum ad Musas possideasq; sacras.

Sic quoq; flagrauit laudis Coruinus amore,
Bonfines passim ceu canit ore potens.
Iane meos inter semper memorande sodales,
Castalijs vnquam non abigende choris.
A puero ingenuas avidè sectatus es artes
Tu quoq; , virtutis motus amore graui.
Felix qui se quitur magnorum exempla virorum ,
Virtutis recto tramite carpit iter.
Exemplo solers clarorum Helicona frequentat ,
Non omni hic certè tempore serpit humi.
Quæ tu dum studio vigilans circumspicis omni ,
Mox iuga Parnassi scandis ad alta sacri.
Dulcia conaris decerpere dona Sororum ,
Ingenio patriam nobilitare tuam.
Nec frustra: Siquidem læto tibi tempora cursu ,
Fluxerunt avibus, fata secunda , bonis.
Nam petis ex laribus mox Saxona regna paternis ,
Qua vitreis flauus perfluit Albis aquis.
Tractasti Musas, doctusq; vbi pervagil artes ,
Pegasej tinxti labraq; fontis aqua.
Iam quia fata vocant, fatis parere necessum est ,
Albiacam linquis, dulcis amice, Scholam.

Pano.

Panoniæ ac repetis Musis comitantibus oram ,
Vbere Castalidum munere tintus abis.
Ad patrios tecum cuperem comes ire penates ,
Res nisi nunc premeret sors inimica meas :
Ast vbi læta dies dextro mihi fulserit ortu ,
Te forsan properè, Iane colende, sequar.
Interea dum tu patrias migrabis in oras ,
Ad Superos pro te crebra ego vota feram :
Qui te per colles, per tesqua per ardua Saxa ,
Incolumem ducant Numine propitio.
At tu scripta satis subtristi carmina mente
Accipe:& in patriam sospes, amice, redi.

ALEXANDER R. SZAMOB-
KOZIVS.

F I N I S.

